



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii**

**Acquaviva, Claudio**

**Ingolstadii, 1592**

**VD16 A 125**

Capvt XI. De Confeßione generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60966](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60966)

## CAPVT XI.

**S**IUE EXERCITANS versetur in pri-  
mis quinque exercitiis, siue alia ad-  
iungantur, cum iam id satis consecu-  
tus videbitur, quod in hac hebdomada  
ut finis proponitur, nimirum cognitio-  
nem intimam peccatorum, & veram  
contritionem, & ad id serio conatus, &  
diuinæ gratiæ cooperatus, tam per ex-  
ercitia, quam per additiones iudicabi-  
tur; moneri debet, ut se ad generalem  
confessionem disponat, & nisi instru-  
ctori nimium fatigatus videatur, pote-  
rit adhuc pergere in meditando per v-  
nam, aut alteram horam aliquid, quod  
ad compunctionem peccatorum faci-  
at, vel si id magis expedire iudicetur, a-  
liquid legendo ad eum finem.

**V**T AVTEM HOC diligentius, & ac-  
curatius faciat, indicadum est ei, quan-  
tæ sint vtilitates huius confessionis ge-  
neralis: de quibus vtilitatibus agitur in  
ipso libro Exercitiorum post examen  
generale. Quod si nulla alia esset, hoc  
certe satis esse deberet, quod experi-  
mur

mur homines plerumque, aut sine exame  
niente sufficien<sup>t</sup>i, aut sine debito dolore,  
nullo vel valde infirmo melioris vitæ  
proposito ad confessionem accedere,  
ac propterea ad consequendam pacem  
conscientiæ, & ad tollendos scrupulos,  
(qui si non antea, saltem in puncto mor-  
tis animam excruciare, & in periculum  
salutis æternæ adducere solent) multū  
prodest semel se ab omnibus anteactæ  
vitæ peccatis ablueret. Quam etiam ob  
causam, et si cauendum est à nimia an-  
xietate in facienda hac cōfessione: ita (ne  
semper deinde maneant scrupuli ac re-  
liquæ vt quibusdam contingit) tamen  
ex altera parte studendum & conan-  
dum est, vt ita diligenter, atque accu-  
rate fiat, vt postea secura esse possit ani-  
ma, se fecisse quod in se erat; nam sine  
hoc numquam frui poterit illa pace a-  
nimi, & tranquillitate conscientiæ, quā  
diximus. Ideo præter proprium studiū,  
& diligētiā exercitantis, iuuandus est  
etiam aliqua via, & methodo, nempe  
directorio aliquo ad bene confitendū,  
cuiusmodi iā multa extant bona, & apta  
si opus fuerit, & pro cuiusq; indigentia.

D 2

Ali-

Aliquando etiam, præsertim insignioribus hominibus proderit dare legendum Summam Nuarri, vbi agit de statibus, ut attente considerent, quæ ad suum statum pertinent. Sic enim melius videbunt in quibus defecerint, quæ si nostri per se proponerent, fortasse nō tantam iis fidem haberent, & possent putare eos esse nimios in vrgendis conscientiis.

Hanc generalem confessionem, vt plurimum magis expedit non fieri ei, qui tradit exercitia: si tamen exercitans ei confiteri mallet pro sua devotione, vel sacerdotū penuria, aut aliæ causæ ita exigerent, nihil impediret, quin etiam ipsi fieri posset.

*De fine prima hebdomadæ.*

CAPVT XII.

**Q**VONIAM, VT SVPRA dictum est, exercitiorum hebdomadę nō diem spatio definiuntur, sed ex effectu, qui in eis prætenditur; ideo huius primæ hebdomadæ tempus vel contrahi, vel prorogari poterit, prout citius, vel tardius